



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvinct. XVII. De causis ob quas à debiti solutione excusari debitor potest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

lapso confiscari, illorumque dominium auferri posse. *cap. cum secundum leges de hereticis in 6.* Ergo à fortiori eorum debita confiscari possunt. Et quod magis est, principes ecclesiam oppugnantes priuatur à Pontifici dominis, & iurisdictionibus, & eorum subditi à iuramento fidelitatis eximuntur. *cap. absolutos de hereticis.* & ibi Glossa. Ergo à fortiori poterunt debitoribus ab obligatione illis debita soluendi liberari. Deinde non solum in panam culpæ à creditore commissæ poterit Pontifex creditorem à soluendo debito liberare, sed quia id bono spirituali, & illius rectæ gubernationi cedit. Si enim debitor pro defendenda ecclesia labores plurimos subit, aut propria bona exposuit, poterit Pontifex in gratiam defensionis ab obligatione debiti soluendi liberare. Et licet hic fauor, & gratia cedat in tertij præiudicium, id permittendum est ob bonum commune, maxime si alia via illud præiudicium compensetur, vti fieri potest, & conuenit. Et ratio omnium est qui licet Pontifex non habeat dominium directum, & per se, bonorum fidelium qui sibi temporaliter non subduntur, habet tamen administrationem, & dispositionem illorum quatenus spirituali ecclesie administrationi necessaria fuerint. Vnde potest de his disponere prout ad huiusmodi finem consequendum conueniens fuerit. Vide quæ dixi *suprad. tract. de vtilia punct. vlt.*

PUNCTVM XVII.

De causis ob quas à debiti solutione excusari debitor potest.

Hæ causæ communes sunt tam debitis ex legitimo contractu, quam ex delicto prouenientibus, ideoque doctrina omnibus communis erit.

§. I.

Qualiter necessitas extrema debitum soluendum extinguit.

1. *Debita alia sunt, quorum dominium non habet patiens necessitatem, alia quorum habet dominium.*
2. *Consumens rem alienam in hac necessitate aliquibus videtur obligatus, transacta necessitate, creditori satisfacere.*
3. *Si aliquid superest post necessitatem domino est reddendum.*
4. *Si aliunde habeas, vel speras habere bona quibus in necessitate consumptum satisfacias, obligaris. Secus si hæc deficient.*
5. *Si res consumpta tua sit, esto debita, non exinguitur debitum.*

Premittendum est, debita alia esse quorum dominium non extat apud debitorem; vti sunt regulariter debita ex furto: rapina, aliove simili delicto: item ex contractu depositi, aut commodati. Alia debita sunt, quorum dominium debitori competit; vti sunt debita ex mutuo, emptore, similive contractu. Secundò hæc debita contrahi possunt ante necessitatem, vel necessitate urgente. Tertio debitor potest esse ita pauper, vt non habeat aliunde bona, neque proximam spem habendi quibus debitis satisfacere possit, vel potest alibi bona habere, quibus satisfacere debitis potest, tamen si præsentem loco ea non habeat. Quarto quidquid debitor exercere potest circa seipsum, idem exercere potest, si eius parens, soror, vxor, filij, alijque similes ea necessitate opprimantur. Vti docuit Sorus *lib. 4. de iust. q. 7. art. 1.* Lopez *1. p. instruit. cap. § 3.* Tolet. *de peccat. mort. cap. 19.* Petr. Nauar. *lib. 4. c. 4. numer. 17.* Lessius *lib. 2. c. 16. num. 1. & 4.*

Conueniunt omnes debitorem vsu rei alienæ extreme indigentem posse accipere, & solutionem differre. Solumque est difficultas, an eo vsu contentus esse debeat ita vt transacta necessitate teneatur debitum soluere ac si necessitas non interuenisset? Et ratio difficultatis est, quia non videtur obligatus creditor eo casu absolute donate, sed solum donare sub onere restituendi, vel mutuari, si quidem ea donatione vel mutuo, æquæ ac donatione absoluta, necessitati occurratur, quod tantum creditor præstare debet. Vti docuit Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. num. 4.* Quod efficacius videtur procedere, si ante necessitatis aduentum rem inique abstulisti, vel in depositum, aut commodatum acceptisti quia teneris tunc ex iniusta acceptione, quæ ob necessitatem non remittitur, vel ex contractu qui non dissoluitur.

Dicendum igitur est, si transacta necessitate aliquid ex re aliena residuum fuerit, domino reddendum est, vti ex fetè omnium sententia docuit Medina *de restitut. q. 3. causa 1.* Petr. Nauar. *lib. 3. c. 1. n. 322.* & *lib. 4. c. 4. n. 24.* quia indigens solum potest aliena accipere, & retinere quatenus suæ necessitati subleuanda necessaria fuerint. Et tamen si acceptisti equum, nauem, pallium, vt necessitati subuenies par non est vt dominus iis priuetur, si quidem eorum vsu iam nõ indiges. Neque enim tibi res concessa fuit, sed vsus.

Quando autem res aliena in remedium necessitatis extreme absumitur, vti plerumque est res vsu consumpibilis, distingi debet si aliunde habeas, vel speras habere bona quibus creditori satisfacere possis, tamen si eius debita consumas, nullatenus tibi obligatio debiti extinguitur, sed conseruatur restituenda postmodum. Vt bene docuit Petr. Nauar. *lib. 4. capite 4. numer. 20.* Lessius *dicto capite 16 numer. 4.* Ratio est, quia extrema necessitas tantum tribuit ius dominium rebus propriis priuandi, & debita denegandi quatenus absumens vere illis indiget. At si bona aliunde habes, vel speras habere non indiges creditorem suis debitis priuare, tamen si indigeas tuis bonis quasi in commodum vti, ergo, &c.

Quod si bona aliunde non habeas, sed vere pauper sis probabilis exitum, re consumpta, nullam tibi superesse obligationem, siue rem possides ex delicto, siue ex contractu non transferente dominium. Sic pleribus firmat Petr. Nauar. *lib. 3. de restitut. cap. 1. numer. 300.* & *1099. præcipue numer. 321.* & *lib. 4. cap. 4. numer. 24.* Moueor, quia diuisio rerum iure gentium introducta videtur sub eo onere, & conditione vt extreme indigentibus subueniant, ideo que tritum est proterbium. In necessitate omnia sunt communia. Casus enim necessitatis extremae exceptus est à diuisione, ergo absumens rem alienam in ea necessitate non absumit alienam, sed propriam, sibi que ratione necessitatis non obligatam applicatam. Non igitur ad vllam restitutionem obligandus est. Quod si dicas; accipi rem alienam ante necessitatem furto, vel rapina, contraxi ergo obligationem restituendi ex iniusta acceptione, quæ obligatio superueniente necessitate non videtur exingui, sed conseruari restituenda postmodum, si ad lautiorum fortunam deuenere vel accipi in depositum, aut commodatum quorum contra suum obligatio, transacta necessitate, virgescere potest cum non videatur necessitate extingui oblat. Quia debitum ex iniusta acceptione, commdato, vel deposito cessat si dominus liberam illius donationem faciat. At virgescere necessitate saltem ex charitate & vt pluribus placet ex iniustitia, tenetur dominus donationem rei proximo necessitate facere. Ergo cessat integra obligatio. Minorem probo, quia eo casu tenetur elemosynæ præcepto, cui non satisfacit mutuo, vel donando sibi obligatione restituendi, quod idem est. Donans enim sub obligatione id ipsum reddendi non donat, sed mutuat: at præcepto elemosynæ mutuo non fit satis, sed necessaria est donatio. Vt probat *tract. de charit. disp. 2. pun. 2. & 3. ergo. &c.* Adde cum res absumpta ex deposito, rei commodato habetur & petitur absque depositarij, vel commodatarij culpa domino petiit, neque vlla inde obligatio depositario, aut commodatario nascitur.

Verum si res quæ absumitur propria sit eo quoad mutuo, vel venditione ante necessitatem habuisset, non tibi extinguitur obligatio, quia eo casu non indistiguitur alieno, sed proprio, & proprio consumpsisti. Non igitur ab obligatione ante contracta excusaris, hæc enim exculatio necessaria non fuit, vt tux necessitati prouideres. Atque ita docet communis Petr. Nauar. *lib. 4. c. 4. n. 20.* Less. *lib. 2. cap. 16. dub. 1. numer. 4.* præter illos quos tereti *tract. de charit. disp. 1. pun. 10.*

§ II.

An idem dicendum sit de necessitate graui, & iactura status.

1. *Stante necessitate graui deobligaris interim restituere.*
2. *Verius est necessitatem grauius debitum extinguere, siue necessitas extrema.*
3. *Proposuntur obiectiones.*
4. *Ad prædictam necessitatem iactura ab statu reducitur.*
5. *Duplex conditor interuenire debet.*
6. *Quid si creditor in eadem sit necessitate extrema constitutus.*
7. *Et quid in graui necessitate.*

Quoad necessitatem grauem atinet quæ in eo sita est, vt si debita solus difficultet vitam sustinebis, iustitiamque vexaberis, à tuo statu decides, &c. conueniunt communiter doctores, S. Antonin. *2. pte. 2. cap. 8.* Scotus *in 4. d. 15. quæst. 2. art. 4.* Syluest. *verbo restitutio. §. quæst. 1. & 3.* Nauar. *cap. 17. num. 62.* Petr. Nauar. *lib. 4. cap. 4. numer. 4.* Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. numer. 14.* Paul. Laym. *lib. 3. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 11. te deobligatur esse interim restituere.* Quia nullus debitor attingitur debita reddere, si ex ea redditione graue damnum incurrit, quia lex charitatis, & iustitiæ quæ suus est, nequit tam graue onus debitoribus imponere.

Difficultas autem est, an ea necessitas grauis extinguat debitum, eo modo quo nuper diximus necessitate extrema extingui. Et affirmatiuam partem probabiliorum reputo, eo quod præceptum elemosynæ non solum diuitem in extrema necessitate, sed etiam in graui attingat. Vti probauimus *dicto tract. 6. de charit. disp. 2. de elemosynæ pun. 2.* & tradit plures referens petrus Nauar. *lib. 3. de restit. cap. 1. n. 315.* Banner. *2. 2. q. 37. art. 6. dub.*

Ab. 1. & noster Salmeron. tit. 16. in epist. 1. Ioann 3. d. 1. 8. & colligitur ex verbis Christi Matth. 25. punientis homines damnatione aeterna, eo quod egenibus veste, cibo, & potu non subue-

3 Sed obicitur aliquis textum in cap. 50. qu. 3. de furiis, ubi dicitur. Si quis ob necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus, si reddiderit non cogitur ieiunare. Sciat ergo Pontifex non licere in necessitate surripere alienum, & surripere debere restituere. Hinc textus respondet aliquis imponi penitentiam, quia excessit modum, & ordinem habendi eam rem: poterat enim forte illam obtinere petitione, & donatione, noluit nisi cum surripere, qui modus illicitus est, quando alia via subueniri necessitate potest: cum omnes teneantur suis necessitatibus providere ex rebus propriis si possint, non ex alienis. Ergo si potuit rem alienam donatione, vel alia via propriam habere, non potuit illam surripere, cum surripere, & alieni iuris usurpatione non fuerit necessaria. Haec tamen responsio non est firma. Nam cito concedamus surripientes in necessitate alienam excedere modum, & ordinem quem oblatore tenebantur, at tamen obligationem restituendi non videntur incurere, quia absolute sibi debitum suscipit, sicut si susceperit occulta compensatione a creditore quae ab ipso alia via recuperare possit. Quapropter glossa in supradicto textu respondet loqui Pontificem de patiente leuem necessitatem, non grauem. Deinde dicit non imponi penitentiam eo quod alienum suscepit, sed ex eo quod non restituit quod transacta necessitate suscipit, quod constat, siquidem per restitutionem a penitentia absoluitur. Adde illum canonem non esse ex Pontificibus, sed ex penitentiaria Theodorici, ac proinde non esse de illo multum curandum.

Secundo obicitur. Nemo tenetur elemosinam facere grauius egentem de necessariis sua viua, & statui, sed solum de superfluis: at raro superflua quis habet, cum omnia sua vel praesentia statui, vel aliorum acquirendo necessaria sint. Ergo raro vel nunquam debitor excusari ab obligatione potest. Respondet necessitatem ad statum non consistere in indubilibus bene D. Thom. 2. 2. qu. 6. ar. 6. & ibi Bannes dub. 2. Nauarr. dicto cap. 1. de restitu. num. 3. 9. Sed iacritudinem habere ita ut ex parua quantitatis accretione, vel diminutione non censatur status nec auctus, nec diminutus. Non enim 50. aurei statum diuitis augent, aut diminuunt saltem notabiliter, & consequenter non sunt grauius pro statu necessaria: leuem autem iacturam ut graui proximi succurramus tenemur patri. Ergo tenemur ex charitate pauperi indigenti grauius elemosinam tribuere. Secundo in opinione D. Thom. dicto ar. 6. ad 2. ea necessaria esse ad statum quae sunt necessaria ad dotes filiorum, & ad occurrentes necessitates infirmitatum, famis, nuditatis, &c. quibus ut subueniamus non multa requiruntur, necessitates vero fingere, & calus fortuitos raro aut nunquam euentuos praecauere, & seruare diuitias ad illos, inter superflua status debent computari, & a fortiori quae deseruire tantum possunt ad altiore statum comparandum. Colligitur ergo quousque creditor diues est, & solutio non grauius eius statui praesentia conducit, grauius egentem a debito soluendo liberari.

4 Ad praedictam necessitatem reducitur periculum cadendi ab statu, si debita soluas. Ut si diues, aut mercator sis cogi debeas manibus laborare, si nobilibus famulorum obsequio priuari. Haec igitur causa interim dum durat obligationem soluendi suspendit, non tamen illam extinguit. Sicuti ex communi docet Syluest. restitutio 5. qu. 1. 3. & 4. Nauarr. cap. 17. numer. 69. Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 4. n. 26. Less. cap. 16. num. 25. Tolet. de septem peccatis mort. cap. 39. Eman. Saa. verbo restitutio n. 27. Paul. Laym. lib. 4. sum. sect. 5. ar. 2. cap. 12. num. 2. Non enim aequitas postulat ut debitor restituendo grauius notabiliter in propriis bonis, vel leui incommodo creditoris consulatur. Ex quo fit si ad restitutionem centum necessarium sit assumere 200. debitorem interim excusari, ut tenent supradicti doctores. Quod verum est, siue debita sint ex dilecto, siue ex contractu, in quibuscumque enim debitis haec regula procedit, non esse obligatum debitorem restitutionem: cum maiori suo notabili detrimento quam sit creditoris commodum. Praedicta tamen necessitas debitum non extinguit, quia non facit pauperem cui elemosyna concedenda sit, sed periculum paupertatis inducit quod iustitiam est, ut debiti solutio suspendatur, non vero ut extinguatur.

5 Duae tamen conditiones requiruntur ut iactura status restitutionis obligationem suspendat: Prima ut status cuius iactura

Ferd. de Castro. de iur. & iur.

ram pari deberes si restitutionem praestares non fit male partus. Si enim latrocinis, vitiis, aliisque iniquis mediis statum acquisiuis, nullatenus a restitutione excusaris, quia tunc non cogeris iacturam aliquam priorum bonorum pari, sed cogeris aliena reddere, & statum iniquum deserere, alias qui semel furatus esset duo milia aureorum quibus suam domum ornasset, & statum vilem reliquisset, non teneretur restituere; quod est absurdum, cum haec esset occasio multiplicandi furta existimando postmodum restitutionis obligationem cessaturam. Quod si status partim iuste partim iniuste acquisitus est, ubi non sit obligatio illum integre deserendi, est tamen obligatio minuendi ea in parte qua iniuste fuerit acquisitus. Ut docuit Syluest. verbo restitutio 5. qu. 1. 3. & 4. Nauarr. cap. 17. num. 62. Cordub. in sum. qu. 68. Bannes qu. 32. ar. 8. dub. 2. Less. Nauarr. Laym. locis allegatis. Secunda conditio ne tua culpa in cas angustias redactus sis, nam si debita ludis, comestationibus, & ebrietatibus absumpsit, & ob hanc causam impotens es soluendo, teneris statum cito iuste acquisitum deserere. Ut bene Syluest. & Petr. Nauarr. locis allegatis, quia tua bona ratione iniuste absumptionis sunt obligata damnnum creditoris reparare. Non enim ex ea restitutione cogeris amplius expendere quam abtulisti, neque ea restitutio tui status iacturam facit, sed iniuria bonorum absumptio. Neque equum est, ut velis aliena inique consumens tuum statum non soluendo conseruare.

6 Superest dicendum, an supradicta in hoc, & praecedenti paragrapho verum habeant cum creditor in eadem necessitate constituitur? Et quidem si creditor in eam necessitatem constituitur per ablationem rei, nullatenus tibi licet ab eo auferre, sed ablatum restituere debes, esto eius defectu in necessitate extremam sis conueniendus, cum enim aliqua res duobus est aequae necessaria, praesertim debet possidere, qui ius habet aduersus quemlibet alium, ne a sua possessione deturbetur, neue res tibi necessaria eripiat. Perinde enim esset eo calu rem alterius vitae necessitatem iusserit, ac illum occidere. At nemini licet alium directe occidere, ut se conseruet, ergo, &c.

Si autem creditor aliunde quam ex ablatione rei in necessitate extremam conueniatur, non teneris in eadem necessitate constituitus, re cuius habes dominium te priuare ut debitum reddas & necessitati illius succurras, quia eo calu melior est tua conditio, cum res quam possides tua sit non creditoris. Secus vero dicendum videtur, si res quam possides creditoris esset, cum in ea causa creditor innocens sit, & possessionem civilem illius rei habeat, quae possessio tuae possessioni naturali inique praeferenda est. Sicuti latius docuimus. tract. 6. de charitat. disp. 2. pari. 11.

7 Quoad grauem necessitatem attinet, si creditor tua culpa coniectus est in eam necessitatem, eo quod ab illo rem quam possides abstuleris, teneris reddere, quia restitutio obligat damnum creditoris cum aequali debitoris iactura reparare. Ut loco citato notauimus. Si vero sit aliunde in necessitatem grauem coniectus, & res debita non extet in specie, probabilibus casibus te non esse obligatum eo calu restituere, quia non possides alienum, sed proprium, cum obligatione tamen reddendi cum commode possis. Verum si res in specie debita existat, neque tu prius in necessitatem grauem deuenisti, sed ipse prius vel aequae simul actu in necessitatem incidit, esto Less. lib. 2. cap. 16. dub. 1. numer. 20. placeat te non esse obligatum restituere, communis tamen sententia contrarium astruit, ut videre est in Syluest. restitutio 5. qu. 1. 3. 4. & 7. Nauarr. cap. 17. num. 59. Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 44. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 12. num. 2. quia creditoris innocens possessio civilis tuae possessioni corporali inique praeferenda est. Excepi nisi tu prius in necessitatem incidisses, quia eo euentu iam iuste possides, & alienum retines, a quo iure ob necessitatem alterius superuenientem deturbari non debes.

§. III.

An iactura rerum ordinis superioris excuset restitutionem faciendam rerum ordinis inferioris.

- 1 Proponitur status questionis.
- 2 Si times ex solutione graue periculum peccandi tibi, vel alteri imminere, differre solutionem potes, dummodo graue in te creditoris damnum non eueniat.
- 3 Ob iacturam grauem rerum superioris ordinis excusaris a debitis soluendis.
- 4 Proponuntur obiectiones.
- 5 Aequalis iactura in debitore, imo grauius quam damnum illatum non excusat.
- 6 Ob iniustam veri criminis reuelationem non es obligatus vitam exponere, ut alterius vitam redimas.

Bona alia sunt spiritualia animum spectantia ut virtutes, & earum actus, alia temporalia, quaeque sunt in triplici differentia; nimirum bona corporis, seu quae pertinent ad vitam, bona

bona fama, & honoris, & bona fortunæ. Quæstio igitur est, an cum iactura bonorum spiritualium temporalium restitutio faciendâ est, & cum iactura bonorum corporis restitutio famæ, & cum detrimento famæ restitutio diuitiarum? omittis variis sententiis.

2. Dicendum est, si times ex solutione graue periculum peccandi tibi, vel alijs quibus es obligatus imminere, eo quod existimes pressus necessitate in desperationem lapsurum, vel uxorem adulterium, filias stuprum, filios latrocinia commissuros, poteris differre solutionem, dummodo creditor inde graue damnum non obueniat. Quod docuit Ioan. Medin. *Cod. de restit. quest. 2. ad 2. Nauarr. cap. 17. num. 57. Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 4. num. 30. Less. lib. 1. cap. 16. num. 21.* Morale namque periculum committendi peccatum, graue damnum est, & maioris considerationis quam grauis rei familiaris iactura. Si ergo propter grauem iacturam rei familiaris differre restitutionem potes, poteris ob vitandum graue periculum anime.

Dixi nisi inde creditori graue damnum eueniret, quia in eo euentu solutio differri non potest. periculum enim peccandi proprium, esto difficile, potes propria voluntate auertere. Si autem sit periculum vxoris vel filiorum ob illud vitandum, ne quis debitum cum graui debitoris iactura detinere, quia creditor non tenetur ei periculo ea iactura interueniente occurrere. At solum in eo euentu alienum detinere potes in quo creditor tenetur in tali detentione consentire.

Quod si dicas cum detrimento rerum superioris ordinis est restitutio ex obligatione faciendâ, ergo neque cum periculo salutis animæ propriæ, vel filiorum que sunt bona superioris ordinis quantumcumque damnum inde creditori accrescat? Respondeo rem ordinis inferioris te non aliter restituere cum iactura rerum ordinis superioris, quando ex salute inferioris hæc iactura necessario sequitur, aliaque via auerti non potest. At periculum incidendi in peccatum potes pro tua voluntate auertere, neque ex debitorum solutione inferitur, sed ex tua, vel tuorum malitia, & passione qui pressus egestate desperatis, & in libidinem, & prostitutionem declinatis, cum id vitare possitis? Hoc igitur periculum, cum ex te peccatum non sit, nec malum animæ sed solum sit malum, quatenus tu vel tui inde sumis occasionem peccandi, est tenearis illud fugere, cum commodè possis, ita vt pro libito non te ei immisceas, at non teneris, nec potes fugere, cum graue damnum tuo creditori inde immineret.

3. Secundò dico ob iacturam grauem rerum superioris ordinis te excusatum esse à debitis siue ex delicto, siue ex contractu soluendis, nec enim cum iactura propriæ famæ alienas diuitias restituere teneris. Sicut ex communi docuit Caietan. 2. 2. q. 62. art. 3. & 6. Bannes ibi dub. ult. Nauarr. cap. 16. n. 44. & cap. 17. num. 57. Petr. Nauarr. plures referens lib. 2. par. 2. cap. 4. num. 264. Less. lib. 2. cap. 11. num. 86. Eman. Saa verbo restitutio num. 26. Paul. Laym. lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 12. num. 2. & alij passim. Ratio est. Restitutio quæ actus est iustitiæ commutatiuæ, cum æqualitatem respiciat, obligare nequit debitorem vt grauiorem iacturam in restituendo patiat, quam est commodum quod creditori esse restitutio accrescit. Non igitur tenetur cum iactura propriæ vitæ famam alterius, nec cum iactura famæ alienas diuitias restituere, siquidem respectu cuiuscunque vita excellentius bonum est quam fama; & famam quam diuitias. Nam licet sæpe coningat vitam infimi hominis minoris æstimari quam famam hominis illustri, si secundum se, & in ordine ad rempublicam spectentur; at si comparent in ordine ad ipsas personas quantum est fama vel vita, pluris æstimanda est vita infimi hominis, quam fama cuiuscunque viri illustri. Maius enim bonum est huic homini infimo habere vitam, quam sit bonum illustri habere famam. Quod hoc exemplo illustrari potest. Abstulisti à Titio centum, cuius occasione in grauem necessitatem incidit. Tu vero si restituas quinquaginta tantum in extremam deuenies: licet enim centum que abstulisti pluris quam quinquaginta æstimentur, tamen ex comparatione ad personas non sunt eiusdem æstimationis, & bonitatis, siquidem vitæ bonum est tibi possidere quinquaginta, quam alteri possidere centum, cum possessione quinquaginta libereris ab extrema necessitate. Titius vero possessione centum libereretur tantum à graui. Sic in præsentibus licet fama huius hominis illustri superet infimi hominis vitam secundum se, & in ordine ad bonum reipublicæ, atamen si comparentur in ordine ad ipsasmet personas nunquam fama superatur à diuitiis, neque vita fama.

Hinc infer si ad restituendam famam creditoris exponenda sit fama debitoris, quæ longè pluris æstimator non esse obligatum illum exponere, sed interim excusari à restitutione faciendâ. Vt exprèsse docuit Ioan. Medin. *Cod. de restit. quest. 3. causa 4. §. his non obstantibus* Petr. Nauarr. pluribus relatis lib. 2. cap. 4. num. 268. & 296. & lib. 4. cap. 4. num. 37. Less. lib. 2. cap. 11. num. 86. & seqq. Eman. Saa verbo restit. num. 36. Paul. Laym. supra. Creditor namque inordinatè, & contra charitatem procederet. si debitorem cogere: cum graui longè iactura quam ipse patitur sibi restitutionem fieri. Idem est dicendum in restitutione bonorum fortunæ, si pro ea præstanda debeas ex

propriis plus infumete quam debitum valet, vt colligitur ex cap. si res 14. q. 6. & tradunt specialiter Nauarr. cap. 17. num. 57. Petr. Nauarr. lib. 2. cap. 4. n. 406. & lib. 4. cap. 4. n. 407. & seqq. Molin. tract. 2. dist. 754. Paul. Laym. lib. 3. sect. 6. tract. 2. cap. 12. num. 1.

Sed obieci: læsus corporis quæ ex te reparari non potest, in plurimum sententia pecunia est ex obligatione compensanda, ergo pecunia adquare potest bonum vitæ excellentissimum. Respondeo ex doctrina superiori posse dari æqualitatem, imò excessum inter res inferioris ordinis, & superioris, si inter te comparentur, non tamen per ordinem ad ipsamet personas, cuiuslibet enim melius, & vitius est brachium habere, quam alteri vitius est habere diuitias. Vnde esto obligetur diuitias exponere, vt brachium abscissum aliquomodo compenset, non obligatur grauiorem pati iacturam, quam alijs patitur. Secus è contra, si obligaretur brachium abscidendi, aut infamiam sustinere, si pecuniam ablata restitueret. Quod si vigeas, si infamato, vel uenerato ex acceptione pecuniarum pro iniuria illata non accrescit tantum bonum, quantum erat illud quo prius fuit infamatio, vel ueneratio. Ergo non potest fieri compensatio horum damnorum per pecunias. Respondeo distinguendo consequens, non potest fieri compensatio quæ adquaret bono sublato secundum se nego, quæ adquaret bono sublato, si id bonum comparetur ad ipsamet personam, permittito consequens. Restitutio namque æqualitatem respicit inter rem, & rem, non tamen attendit, an hoc sit maioris æstimationis, & bonitatis moralis huic homini quam id quod ei redditur. Exemplo rem manifesto. Combussit Titio domum, quam ipse præ omnibus diuitijs æstimabat, si reddam quanti ipsa domus secundum se æstimatur, sufficienter satisfactio, tamen non reddam quanti ob eo æstimabatur, ipsique bonum erat. Deinde si grauior indigentis precium panis reddam, cum panem non habeam, debito satisfactio, tamen ipsi redditum non sit aquè vitæ, erat quoddam ab ipso fuit ablatum. Adde, compensatio honoris & vitæ per pecunias non est debitori iniuriola, siquidem non obligatur reddere amplius quam abstulit, & ex alia parte est nimis proficua creditori, & ad leuandum mororem aptissima. Debet ergo fieri. E contra se habet, si obligetur debitor exponere propriam famam, & vitam pro recuperatione pecuniarum, obligabitur enim grauius damnum pati, quam intulit.

Secundò obieci inde videri sequi qui statum acquisitum iniuste rapina nempè, vel furto non teneri nunquam ad restitutionem si quidem aliquam iacturam famæ debet pati in amissione illius status. Respondeo negando sequelam. Nam vel statum habet in opinione hominum rectè æquatum, vel non. Si hoc secundum dicas nullum est inconueniens quod ad restituendum, amissionemque illius status obligetur, cum inde peris bonum nomen obtinebit, & malum deperdet, usque salus prouidus reputabitur. Si dicas primum, non inde excusandus est. Nam ex distributione pecuniarum in pios vsus, non inferitur ex restitutione, ex obligatione, ex delicto fieri, sed potius creditur ex pietate præstari. Quod si alicui personæ determinate restitutio faciendâ est, id per interpositam personam præstari potest, quin vulgus intelligat restitutionem esse factam. Quod verò inde aliqua status diminutio succedat sustinenda est, vt potè qui iniuste possidebat. Adde si ex simulanea restitutione timeretur probabiliter homines credituros inique statum esse acquisitum, cum tamen apud omnes benè audiat, paulatim & per partes consulit Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 4. num. 37. restitutionem faciendam esse.

Tertiò dico æqualis iactura in debitorè, imò grauior aliquantulum quam damnum illatum, à restitutione faciendâ non excusat. v.g. debes centum, ad quorum restitutionem tibi est necessarium exponere ex proprijs quinquaginta; si debitum est ex delicto non deobligaris. Infamasti proximum, teneris cum æquissimo grauiori tuæ famæ iactura satisfacere. Est creditor tuo in quo testimonio morte plectendus, teneris vitam exponere, vt illum à morte liberet. Sic ex communi docet Medin. *Cod. de restit. q. 3. causa 4. in solut. 4. argum.* Sotus lib. 4. q. 97. art. 4. Nauarr. cap. 17. n. 63. Bannes 2. 2. q. 62. art. 8. dub. 3. Petr. Nauarr. lib. 2. cap. 4. n. 263. Eman. Saa. verbo restit. n. 21. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 12. num. 2. Etenim in pari causa melior est conditio innocentis, quam nocentis. Ergo cum necessarium est, vt læsus, aut lædens patiatur damnum, æquum est nocentem pati & innocentem liberari.

Notanter dixi, si tuo iniquo testimonio, vt tacite indicarem ob iniustam reuelationem veri criminis te non esse obligatum vitam exponere, vt delinquentem liberet, sed solum quando falsum crimen imposuisti. Vt aduertunt Less. Eman. Saa, & Petr. de Nauarr. supra. Nam cum crimen verum propalasti non es causa mortis tui proximi, sed conditio, & causa applicans iudicem ad sententiam. Vnde formaliter non es habendus tanquam causa iniusta mortis, sed tanquam causa iniusta tenentis iniuste sententiam nâque (vt suppono) iusta est, siquidem delictum commisit, ob cuius causam mori potest. Secus vero te res habet, si falsum crimen alicui imponeres ob cuius causam mori, vel alia pœna corporali plectendus esses: nam eo casu non loquimur es causa

causa sententia, sed etiam mortis, nam mors non illi iuste infligitur, siquidem culpam non commisit; neque sententia in re est iusta, sed procedit ex falsa presumptione, idcirco tenetur infamator cum periculo suae vitae innocentem defendere.

§. IV.

An prae-textu lucri acquirendi excusari possit debitor à restitutione praestanda?

- 1 Creditori solvendum est debitum, si ex dilacione graue damnum accipit, esto debitori lucrum cesset.
- 2 Quinimo solvendum est esto leue damnum patiarur.
- 3 Proponitur obiectio, & satisfi.
- 4 Vt pluribus creditoribus ferret satis, possit vnus solutionem differre.

Non est dubium creditoris esse debita solvenda, quando ex dilacione graue damnum accipit, tamen debitor ex retentione lucrum abundans speraret, paratūque esset lucrum cessans, aut damnum suo creditoris emergens satisfacere; creditor namque obligatus non est graue damnum pati, vt debitor commodum reportet, potest enim sibi magis prodeire.

Quare dubium solum esse potest, cum lucrum abundans speraret debitor, creditor vero nullum, vel leue damnum ex dilacione pateretur, an inquam eo cuncto possit debitor abstinere à debitorum solutione? Negat & merito communis sententia Caietan. verbo restituunt. cap. 6. Ioann. Med. de restit. q. 5. vers. dixi notari. et Nauar. cap. 17. n. 59. Nauar. lib. 4. cap. 4. n. 43. Less. lib. 2. cap. 16. num. 24. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 3. cap. 12. n. 2. & alij apud ipsos. Ratio est quia creditor non tenetur consentire in hac debitorum retentione, siquidem ex restitutione non cogitur debitor aliquod damnum pati in propriis, sed in alienis eorum interuentu lucrands.

Dices: potestas lucrandi, & spes lucri futuri etiam alienae pecuniae interuentu, pretio esse aestimabile, & aliquid vltra debitum computari ergo debet inter bona propria ipsius debitoris: ergo si cogitur debitor soluere debitum, & spem, potestatemque lucrandi perdere, cogitur de bonis propriis grauem iacturam pati, ergo potest solutionem differre. Confutatio lucrum cessans computatur inter damna alicuius prouenientia, ergo si ex eo quod damnum debitori emergat in bonis propriis potest solutionem differre, poterit etiam ex eo quod lucrum illi cesset siquidem cessatio lucri non solum est ablatio, & alienatio debiti alieni, sed etiam amissio alicuius interese proprii.

Propter hoc argumentum alicui videri posset non improbabile posse debitorem differre solutionem debiti prae-textu lucrandi, praecipue cum dilatio creditoris dampnosa non sit. Sed nullatenus sustinendum est simile placitum, neque enim à communi secura, & certa doctorum sententia recedi facile debet. Quapropter respondeo potestatem, & spem lucri futuri pretio esse aestimabilem, computandumque inter bona debitoris, si in suis bonis propriis, & non debitis fundetur, secus si alienis nitatur. Nam quando spes lucri alienis nititur, sicut non potest alienum detinere, ita neque eam lucri spem, inuitè enim eam spem retinere reuincens rem cui annectitur. Spes namque lucri propria est debitoris ea parte, qua suae intelligentiae, & industriae nititur, at ea parte quae materiae negotiorum subministranda nititur aliena est, & cum materiae teneatur reddere consequenter tenetur perdere spem quae ipsi nitetur. Ex quo inferitur nihil debitorem ex bonis propriis deperdere. Alias si ob hanc spem, & potestatem lucrandi possit debitum detineri ferè nullus esset qui à restituendi obligatione non excusaretur.

Fateor tamen cum Adriano in 4. vbi de restit. dub. 16. Nauar. d. cap. 4. n. 43. Less. lib. 2. c. 16. n. 24. Paul. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 1. n. 2. vers. requiritur. Si plures essent creditores, & dilacione solutionis vni praestanda possit debitor lucrum acquirere quo omnibus satisfacere, aliis non satisfacturus, posse hae occasione aliquantulum solutionem differre. Quia lex charitatis obligat alienam iacturam impedire, eum abique graui incommodo proprio fieri potest. Tenetur ergo priuilegiatus creditor in dilacione solutionis consentire, ne alij debitores debitis priuentur.

§. V.

An excommunicatio creditoris debitorem excuset à debiti solutione?

- 1 Debitor ob sui excommunicationem non excusatur.
- 2 Ob excommunicationem creditoris aliqui eum excusant.
- 3 Verus est non excusari.
- 4 Est satis opposito fundamento.

Constat apud omnes debitorem excommunicatum excusari non posse à debitis soluendis, aliis ex sua malicia, & iniquitate commodum reportare in damnum creditorum, quod Ferd. de Castro. de iust. & iur.

Innocent. III. vitare intendens in cap. si verò de sentent. excommunicat. inquit. Cum enim à vobis receperint quantitate neque ad eam possint restituendam iudici, aut etiam coartari, si aliter fieret, videremini vos damnum ex sententia, ipsi vero premium ex contumacia reportare, cum ad hoc debitum soluendum ipsi vobis maneant obligati, & ab excommunicatis exigi possit. & recipi quod debetur, & in cap. intelleximus de iudiciis. canetur pess. excommunicatum in iudicio conueniri seque per interpositionem personam deservere. Ergo à fortiori poterit extra iudicium pro debito soluendo.

De excommunicatione creditoris est nonnulla difficultas, an excuset debitorem à debitis ei soluendis. Excusare affirmant Glossa in cap. Nos sanctorum, verbo scripti sunt 15. q. 6. & in cap. finali de haereticis. Adrian. q. 3. de clauis. §. si potas. Bultus cap. decernimus de sentent. excommunicat. Panormit. & alij relati à Couartiu. reg. peccatum 1. p. numer. 8. Ducuntur ex can. sacerdotes 2. q. 8. & can. nos sanctorum 15. quasi. 6. vbi eximuntur Sacerdotes, & vasalli à debito fidelitatis debita Principi & Episcopo excommunicato. Secundo ex cap. quod in dubiis 30. de sentent. excommunicat. vbi dicitur non esse licitum communicare cum excommunicatis, nisi ea persona excepta in cap. quoniam multos 11. quasi. 3. sub quibus debitores non videntur comprehensi. Tertio excommunicatus nequit esse actor in iudicio, & consequenter nequit debitum exigere. Quod si exigat excipi à debitore poterit cap. pia de except. in 6. Ergo nec debitor tenetur illi debitum soluere, aliis non liceret illum repellere. Quarto licitum est malis, & iniquis aliquantulum vexare, vt à malo desistant. Sicut colligitur ex his quae traduntur 21. q. 6. Ergo licet debitorem excommunicatum vexare priuando debitorum solutione, vt hac via ab excommunicatione exeat.

Nihilominus certa sententia est ob creditoris excommunicationem non posse debitorem à debitis soluendis excusari, vt ex communi docuit Syluest. excommunicatio 4. num. 21. Ioann. Medina de restit. q. 3. causa 9. Couart. plurimos referens in reg. peccatum 1. p. n. 8. Suarez de censur. disp. 15. sect. 8. Petr. Nauar. de restit. lib. 4. cap. 4. n. 71. Stephan. Dauila de censur. 2. p. cap. 16. disp. 11. dub. 4. in conclus. Less. lib. 2. cap. 16. n. 79. & alij. Mouet quia excommunicatus non priuatur per excommunicationem suis bonis, ergo potest illa exigere. Ergo non est vnde debitor excusetur. Quod si dicas excusari, quia per excommunicationem priuatur communicatione fidelium, & consequenter suorum debitorum, petitione obstat, quia non priuatur communicatione sibi necessaria, sed tantum voluntaria, & libera, alias priuaretur petendo consilium, quaerendo victum, & vestitum emendo quae sibi, suisque necessaria sunt. Vnde in cap. quoniam multos 11. q. 3. dicitur cum excommunicatis necessitate urgente communicare. Idem habetur in cap. inter alia de sentent. excommunicat. & in §. fin. dicta q. 3. dicitur si quid excommunicatis non in sustentationem superbiae, sed humanitatis causa dare aliquis voluerit, non prohibemus. Ergo à fortiori non prohibetur dari debitum ex iustitia.

Neque obstant Textus in oppositum adducti. Ad primum dico canones illos eximere clericos, & vasallos à debito fidelitatis, & obedientiae principi & Episcopo excommunicato, quia princeps, & Episcopus nominatim excommunicati priuatur iurisdictione, vel saltem vsu illius. Ad creditor excommunicatus non priuatur iure exigendi debitum extra forensis iudicium. Non igitur excusari debitor potest. Ad secundum dico debitores excipi in cap. quoniam multos, siquidem ibi excipiuntur qui urgente necessitate communicant, siue necessitas se teneat ex parte excommunicati, siue ex parte aliorum qui cum excommunicato communicare debent. Ad tertium dico non inferri ex eo quod excommunicatus repellatur à iudicio vt sit actor, repelli ab eo munere extra iudicium. Siquidem in iudicio ob illius honorem, & decorem arectur quod non procedit in petitione amabili extra iudicium. Adde in Hispania excommunicatum in faculari iudicio, ad exigendum debitum admitti, neque ob inde repellit testatur Couart. lib. 2. variat. cap. 39. n. 5. Stephan. Dauila 2. p. cap. 6. disp. 11. dub. 4. disp. 8. dub. 1. in fine.

§. VI.

An solutio debiti cessata in damnum creditoris, vel alterius personae aut communitatis excuset debitorem?

- 1 Si solutio debiti damnum contra iustitiam cedat differre tenetur solutionem.
- 2 Intelligendum est, nisi id prestare potes absque graui tuo incommodo.
- 3 Si damnum sit aduersus aliam virtutem potes differre, nisi agere ferat creditor.

Damnum quod ex solutione euenire potest in duplici est differentia vel contra iustitiam, vel contra aliam virtutem. Si damnum quod times ex solutione, euenturum sit con-

trā iustitiam, eo quod times creditorem abuturum esse debito sibi tradito vt inimicum occidat, vt bellum iniustum gerat, vt vlturas exerceat, aliumve iniquum celebret contractum; potes, & teneris debiti solutionem differre, si absque graui detrimento proprio praestare potes. Sicut ex communi tradit D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 1. & ibi Caietan. & Aragon. Bannes dub. 2. Salon controu. 2. Maior in 4. d. 15. q. 28. §. contra 1. corollarium. Gabr. ibi q. 2. art. 2. Nauarr. cap. 17. n. 32. Petr. Nauarr. lib. 4. cap. 2. n. 3. Mol. disp. 755. Lessius cap. 16. dub. 4. n. 59. Thom. Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 6. in fine. Paul. Laym. lib. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 9. n. 6. & colligitur ex leg. si pignore § 6. §. qui ferramenta ff. de furtis, & cap. fin. de iniuriis. Ratio est quia lex charitatis te obligat innocentem defendere etiam cum aliqua nocentis iactura: at nulla alia via tibi suppetit defendi innocentem cui a creditore paratur malum, quam negando debitum: potes ergo illi denegare, maxime cum in hac denegatione nullum malum creditori inferas, sed potius bonum illi consulis remouendo ab eo occasionem sceleris patrandi; Praeterea lex iustitiae te obligat ne coopereris tuis, & occasio alicuius iniustitiae committenda, at si absque iusta causa, qualis esset graue tuum detrimentum, solueres debitum creditori eo abuturo ad iniustitiam patrandam moraliter censendus es illius iniustitiae causa, vt potest quae nullatenus fieret, nisi tu materiam subministrasses. Quod a fortiori verum est, si debitum solueres creditori amenti, ebrio, vltive rationis destituito, quem scis eo abuturum, vt tibi vel alteri damnum inferat, quia in eo euentu integra tu illius damni es causa, sibi que est imputandum, cum creditor se habeat, vt quoddam instrumentum mortuum eiusque operatio non sit humana, & rationalis. Vnde esto aliud damnum non times, nisi quod prodigo & absque ratione debitum insumeret, iusticiens esset, vt teneris debitum iterum soluere, quia ea distributio putatur a te facta, & cum in creditoris vilitatem non cesserit, habetur pro non soluto.

2. Dixi, si absque graui damno proprio. Nam si tibi graue damnus ob non solutum debitum immineret, non teneris a solutione debiti abstinere, quia non es obligatus alterius bono consulere contra graui proprio incommodo, maxime cum hoc solutio de se mala non sit, nec damnificatio proximi, sed id proueniat ex malitia creditoris. Vnde in eo euentu non teneris malo proximi cooperari, sed permittere ex rationabili causa, adeo vt gladium depositum furioso reperenti tibi reddere liceat, si alia via auertere non possis damnus graue imminens, quia ea redditio est tui defensio. Vt aduertunt Mol. Sanch. Laym. loco cit.
3. Si vero malum quod ex solutione times non est contra iustitiam, sed contra aliam virtutem, scilicet temperantiam, liberalitatem, &c. potes & teneris si commode possis solutionem differre, nisi aegre creditor ferat, vt tenent relati doctores, specia-liter Lessius, Molina, Sanch. Petr. Nauarr. & Laym. loco cit. Etenim ex lege charitatis obligatus es peccatum proximi impedire, cum commode potes, si ergo scias detentione debiti impediendum esse & facile detinere potes, videris obligatus.

Dixi, nisi aegre ferat creditor, quia eo euentu nec teneris, nec potes solutionem differre, quia non est tibi licitum vi illata proximo a peccato committendo auertere, at retinens debitum contra voluntatem tui creditoris vim et, & violentiam inferres. Et confirmo a simili. Non licet tibi auferre diuitias ab aliquo renuente, & contradicente, vt ipsum a luxuria, commensatione, & ebrietate auertas. Ergo neque licebit retinere, cum iniqua retentio, & prima ablatio aequiparentur, in quo est latum discrimen iustitiae ab aliis virtutibus. Nam ob vitandam laesionem iustitiae potes & debes debitum creditori non reddere quantumvis aegre ferat, non tamen ob vitandam aliam virtutum laesionem, quia in laesione iustitiae proximus patitur damnus inuitus, secus in laesione aliarum virtutum; ideoque cum iustitia laesio timetur, licita est denegatio debiti, & vim creditoris ea denegatione inferre, vt innocens quem laedere intendit, defendatur, quia ea negatio debiti non proprie vis, sed innocenti defensio: at in laesione aliarum virtutum cum nemini damnus, & iniuria inferatur, non est locus defensionis, quae solum ad propellendam vim assumi potest.

Quod si obicias: licet mihi famam alterius aliqua ex parte violare vt cum a peccato auertam v.g. adhibere testes vt coram illis corrigam, nuntiare praelato quem existimo efficacius remedium adhibiturum, ramesis peccator aegre ferat. Ergo etiam licet ob eam causam debitum non soluere. Respondeo negando consequentiam, & ratio disparitatis est, quia adhibere testes, nuntiare praelato & medium est necessarium, & tibi permiffum, imo imperatum, vt fratrem a peccato auertas. Nam cum ex charitate teneris corrigere peccatum, illiusque peccatum media correctione impedire, ad cuius finem adhibito testium, & praelati nuntiatione sunt media statuta illis vti potes. Alia vero via peccatum impedire non tibi vt persone priuatae datum est. Quapropter non est tibi licitum vt negatione debiti, vt creditorem dilationi debiti dissencientem a peccato auertas, sicuti non licet vt ad eum finem diuitiarum surreptione, vinculorum alligatiōe, detentione in carcerem, aliisque similibus.

Quo pacto cessio bonorum debitorum solutionem excuset?

1. Quid sit cessio bonorum?
2. Duplex effectus nascitur ex cessione.
3. Aliqui excusant cedentem bonis a solutione debiti, esse ad pinguiorem venient fortunam.
4. Verius est oppositum.
5. Fideiussores beneficio cessionis non gaudent.
6. Debitorum in carcerem coniciendi beneficio cessionis gaudent.
7. Excipiuntur ab aliquibus debitores ex furto, & delicti, sed non approbatur, nisi fuerit in poenam a iudice impositum.
8. Admittitur exceptio debitorum qui bona occultauerunt.
9. Item qui inducias quinquennales a creditoribus acceperunt.
10. Item conductores reddituum regalium.
11. Item qui sub iuramento promiserunt suis creditoribus hoc beneficium non versuros.
12. Ex pacto nudo, simplicique promissione communis sententia defendit cessionem non impediri.
13. Ex eo quod promiseris, vel iuraueris soluere, non impediri a cessione.
14. Cessione legali a iure nostro induci a cedere non potest.
15. Facta cessione creditores priuilegiati sunt preferendi imo in solutione quam in persona obsequio.

Permitterendum est cessionem bonorum esse abdicatorem omnium bonorum, & iuriam a debitore factam. Etenim cum debitor aere alieno ita se grauatum sentit, vt soluendo non sit, vt carcerem fugiat omnia sua bona, & iura abdicat, & creditoribus remittit, vt ex illis pro viribus sibi satisfactam promittens in reliquis satisfacturum, si ad pinguiorem fortunam denenerit. Vt habetur, leg. 1. Cod. de qui bonis cedere solent. Forma igitur huius cessionis ea est, vt debitor morietur omnes suos creditores voce publica preconis, ne ignoscat, & ab sentibus praedictum pareat, si cessionem ignorent. Tamen Couarruu. var. resolut. 2. p. cap. 1. num. 5. censet non esse opus vt omnes citentur. His monitis omnia sua debita manifestat, & instrumento publico ad iudicem deferendo subscribit, vt ipse iudex videat qui creditores debeant praeferi, simulque promittit si ad pinguiorem venient fortunam quae defuerit satisfacturum iuxta, leg. penult. ff. de cessione bonorum. Et leg. regia l. 11. part. 5. Quo facto omnibus suis bonis spoliatur, ita vt de regore iuris soli panis viles quibus regatur relinquuntur, ramesis ex consuetudine teste Couarruu. 2. var. resolut. 1. num. 5. Maien. leg. tit. 16. lib. 5. recopilat. Gloss. 2. num. 8. maxime in hoc Castellae regno vestes communes mediocres quibus ordinare incedit permittuntur. Quinimo Ioan. Medin. Cod. de resit. quasi. 3. can. 4. 3. & Maien. supra asserit instrumenta artis et relicta quenda esse, vt sic apud creditoribus satisfacere possit. Quod reliqui doctores, Ant. Gom. de contrah. cap. 1. num. 52. & leg. 79. Turri n. 1. Couarruu. dicta. c. 1. n. 5. Greg. Lop. dicta leg. 1. tit. 15. part. 5. per Toxus Si malos ponos de lino. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 572. circa medium in foro exteno non admittunt. Non est opus vt hanc cessionem debitor praestet in carcerem esse prius a debitore aliquo coniectum; satis enim est quod se ferat solutioni debitorum impotentem. Vt manifeste indicat, Anton. Gom. dicto cap. 11. n. 52. initio & tradit. Mol. tract. 2. disp. 572. post. n. 1. Neque enim est aliqua lex id decidens, solum contra sententia Couarruu. dicto. c. 1. n. 5. Matien. leg. 5. Gloss. 1. n. 6. tit. 16. lib. 5. Lincus compil. Facta cessione si vinculis erat debitor alligatus ab illis liber dimittitur. In Hispania autem torque debet creditoribus obsequaturus traditur, quouisque suis obsequiis debito satisfactum censetur iuxta leg. 6. tit. 16. lib. 5. recopilat. Quinimo si debitor sex mensibus in vinculis manserit, neque debito satisfecerit, nec fideiussores dederit iure ipso leg. 7. eodem tit. & lib. bonorum cessio inducitur, & eodem torque ferreo ad collum alligatur creditoribus traditur. In alijs vero prouincijs aliae consuetudines in hac publica bonorum cessione obseruantur. Vt videre est apud Menoch. lib. 2. de arbit. casu 183. Ex eo autem quod debitor, obsequaturus creditoribus tradatur non efficiatur seruus feruitute civili, sed solum famulatus addicitur. Vt bene explicat Maien. dicta Gloss. 1. n. 14 tenetur in creditoris comodum operas solitas impendere, non enim viles, & quae eius conditionem dedecent praecipui possunt. argum. leg. locum §. si iuge ff. de usufructu. & notat Maien. supra num. 15.

Duplex effectus ex hac cessione nascitur. Primus ne cedens bonis possit amplius ob debita in carcerem conici, neque a creditoribus molestari, ita vt dum soluendo non est, lis aduersarius eum conseruari haud possit iuxta leg. 1. Cod. de qui bonis cedere solent. Et leg. 4. §. Sabinius ff. de cessione bonorum leg. 3. & 4. tit. 15. part. 5.

par. 3. Alter effectus est, ut si forte ad pinguiore fortunam venerit, non possit à creditoribus conveniri in quantum commodè potest. Referuntur enim illi moderata alimenta iuxta personæ qualitatē, sicuti Clericis, aliisque Nobilibus, qui arte alieno grauantur, & bonis non cedit. Vt constat ex leg. 4. ff. de cessione bonorum §. ult. in §. de actionib. q. leg. regia. 1. tit. 1. §. par. 5. & tradunt doctores communiter Coutar. lib. 2. var. cap. 1. n. 6. Ant. Gom. de contrah. cap. 11. n. 52. & leg. 79. Taurin. 2. Menoch. casu 183. n. 21. Mol. tract. 2. disp. 77. circa med.

Non desunt tamen doctores Guido Papa in quaest. Delphinatus 343. Bellus tract. de re militari par. 9. tit. de salub. conductis. n. 47. Menoch. dicto casu 182. n. 23. Gregor. Lopez. lib. 3. verbo tan gran ganancia tit. 1. §. p. 5. Matienz. leg. 4. Gloss. 2. n. 12. tit. 1. lib. 5. compilar. Paris. à Puteo de synacat. vers. 113. incipit quia n. 9. affertentes debitorem benedictum ignominioso actu vti Papie. & in Hispania contingit, non esse fortius debitis soluentis obligatum, esto ad pinguiore venisset fortunam, quia illa ignominiosa loco solationis subiogatur. ex leg. vlt. Cod. de in ius vocando. & argum. sumpto ex gloss. in cap. sicut dignum §. eos in super de homicidio, quam ad hunc effectum appellatur stipularem Roman. §. q. n. 24. & Felin. 4. cap. sicut dignum.

Sed rectius Couartuu. lib. 2. var. c. 1. n. 6. Nauar. c. 17. n. 86. Petr. Nauar. lib. 4. de restit. c. 4. n. 47. Lessib. 2. c. 16. n. 4. Mol. tract. 2. disp. 572. vers. 5. ut sequens debitorem ab obligatione naturali, & civilis debiti soluentis creditoribus cessione bonorum puniretur quod æquum non videtur. Doctrina verò illa quod debitor impotens solvendo luat in corpore, & pena corporalis loco pecuniariae subrogetur verum habet cum debitum pecuniarium, pena est à iudice imposta ob aliquod delictum suæ fisco, siue parti applicandum. Secus verò cum debitum pecuniarium non in penam, sed in compensationem alicuius damni dati debetur (scilicet sententia tam in exteriori, quam in conscientia foto. Hoc enim debitum pena corporali non tollitur.

Hoc beneficium cessionis bonorum fideiussores non gaudent, sed æque conveniri possunt, ac si debito bonis non cessisset. Addeuntur enim ut si forte principali debitor non fuerit solvendo ipsi solvant. Vt constat ex leg. 1. res à debito §. quod si stipulator ff. de solut. & §. 1. in §. de legat. & leg. 3. tit. 15. par. 1. & ibi Greg. Lop. in fine. Ant. Gom. leg. 79. Taurin. n. 2. Ex debitoribus autem hoc beneficium prodest his qui carceri subdantur, & vltra quam facere possunt conveniuntur. Clericis namque, & nobilibus qui occasione debitorum non possunt in carcerem detrueri, nec conveniri vltra quam facere possunt, non est locus cessionis. Quod si ipsi bonis cessissent totum cessio nullius est effectus, cum ob eam beneficium in cap. de honoribus, concessumne, conveniantur vltra quam facere possunt non amittant. Vt deciditur aperte leg. regis. 11. tit. 1. §. par. 5. & ibi Greg. Lop. Molina. tract. 2. de iustit. disp. 572. post iust. Matienz. leg. 7. Gloss. 1. n. 7. tit. 1. 6. lib. 5. collect.

Ex debitoribus autem qui in carcerem possunt conici, & conveniri vltra quam facere possunt, omnes gaudent potestate cedi bonis vel per se ipsos, vel per suum procuratorem. leg. vlt. ff. de cessione bonorum, in §. ult. in omni. Cod. qui bonis cedere possunt. leg. reg. 1. tit. 1. §. par. 5.

Excipiuntur autem ab hac regula primò, Debitores ex furto, rapina, alioque delicto, in eis dictum beneficium non conceditur, cum potius penam corporalem luere debeant. Atque ita tradunt Panormit. in cap. Olear. tit. n. vlt. de solutionib. laison, & Faber §. 95. in §. de actionib. Iulius Clarus, lib. 5. §. pract. crimin. q. 95. n. 5. Molin. tract. 2. disp. 572. circa finem. Petr. Nauar. lib. 4. cap. 4. n. 8. Paul. Laym. lib. 3. sem. fact. §. tract. 2. cap. 12. q. 1. in fine. extenduntque hanc doctrinam non solum ad debita pecuniaria in pena criminis à iudicibus imposta, sed etiam quæ in recompensationem damni creditoribus læsis debentur.

Cæterum supradictam sententiam veram esse in debitis in penam criminis impostis hæc enim in corpore luere delinquens debet, si non potest in pecuniis. At in debitis in compensationem damni creditoribus irrogatis cessione iudicio esse admittendam. Vt tradit Sylvest. verbo restitutio. 7. q. 6. Nauar. cap. 17. n. 86. Gregor. Lopez. leg. 4. Gloss. 4. tit. 1. §. par. 5. Couar. lib. 2. var. cap. 1. n. 8. Gutier. de iuram. confirmat. 1. p. cap. 17. n. 27. oppositum docuerunt, quia nullus est texus his debitoribus cessione bonorum negans, & in nostro regno. in leg. 9. tit. 1. 6. lib. 5. reco. i. lat. est expresse decisum, ubi. Si no rubieron bienes con que pagar à las partes sus intereses, haxien delos susodichos, cesion de bienes, & notat ibi plures referens Matienz. Gloss. 2. numer. 3. & seq.

Secundò excipiuntur debitorum qui in cessione bonorum aliqua bona occultaverint, vel in fraudem creditorum ante cessionem alienaverint, ita ut recuperari non possint. iuxta leg. fin. §. ff. ff. que in fraudem creditor. & notavit Bald. conf. 400. num. 4. lib. 5. Anton. Gom. leg. 7. Taurin. 2. & 1. 2. var. cap. 11. n. 52. Gregor. Lopez. leg. 4. tit. 1. §. par. 5. Gloss. penult. Gutier. de iuram. confirmat. cap. 1. 6. numer. 24. & cap. 17. n. 3. Zuallos. in suis com. opinion. q. 129. Non enim cessio beneficium, ut rectè dixit Bald. est

residium dolo forum. Tamen contra alios referens sentiat Fachineus, lib. 13. controuers. cap. 69. ductus illà regulà legis, Nemo ex his ff. de Regul. iuris. vbi dicitur. Nemo ex his qui nega autem aliis defensionibus vti prohibetur. Sed responderi facile potest non prohibere aliis defensionibus vti, nisi si fuerint specialiter interdixit. Vti est concessio bonorum neganti debitorem. argum. dicta leg. fin. §. ff. ff. que in fraud. creditor. Si enim vt bene inquit alios referens Anton. Gomez. & Gutier. dolo factus eo casu puniri de dolo debet æquum non est, vt dolo beneficium obtineat.

Tertiò excipiuntur qui inducias quinquennales à creditoribus acceperunt, id est, quinquennium ad debita solvendis enim si intra illud quinquennium nõ satisfecerint ex iuris dispositione teste Gloss. communiter recepta, in leg. fin. Cod. qui bonis cedere poss. Greg. Lopez. in leg. regia. §. tit. 1. §. par. 5. in fine. Matthæo de Afflicto. decis. 378. n. 7. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 18. n. 2. Mol. tract. 2. disp. 572. hoc cessio beneficium denegatur. Ad has inducias concedendas creditor & debitor debent concurrere, debitor acceptando, & creditor concedendo. Quod si vnus dissentiat, alter cogere illum non potest. Neque enim creditor tenetur has inducias debitori concedere, neque enim creditor tenetur has inducias debitori concedere, neque debitor concessas tenetur acceptare, sed beneficio cessionis vti. Vt aduertit Greg. Lopez. & Mol. locis citatis. Porro in concessione harum induciarum si vnus tantum creditor sit, liberè eas concedere potest. At si sunt plures creditores omnes sunt vocandi, vt ex consensu omnium concessio fiat. Quod si non concesserint maior pars trahet ad se minorem, quoniam si creditores æquales extiterint pars concedens inducias vt potè magis pia preferenda est. Sicuti hæc colligitur, ex leg. fin. §. ff. qui bonis cedere possunt & leg. regia. §. tit. 1. §. par. 5. & ibi Greg. Lopez. Mol. disp. 572. post med. Quod intelligendum est de inducijs quinquennij: nam vltra quinquennium vt bene aduertit Molina maior pars præiudicare nequit minori, vt potè quæ sunt induciæ extra legem concessæ ex voluntate tantum creditorum.

Quartò iure regio Castellæ. leg. 1. tit. 9. lib. 9. noua collect. excluduntur à cessione conductores reddituum regalium. Tum quia iuramentum præstant de non cedi bonis, nec petendo iuramenti relaxationem. Tum quia beneficium cessionis à iure concessum iure ipso his denegatur. Sicuti notauit Mol. dicta disp. 572. circa finem. Matienz. leg. 7. Gloss. 2. in fine. tit. 1. 6. lib. 5. collect. noua.

Quintò excluduntur qui saltem sub iuramento promiserint suis creditoribus hoc cessio beneficium non vltius. Nam cum in hoc iuramento nulla contineatur iniquitas, nulla superest causa quare seruandum non sit. Quod si dicas quia credidit in boni communis præiudicium in cuius fauorem videtur cessio beneficium debitoribus concessum ne perpetuo carceri mancipentur cum paruo, aut nullo creditorum commodo. At beneficium in commune bonum concessum renuntiare nullis priuatis etiam cum iuramento potest. argum. cap. si aliquis de foro competent. & simili. obstat, quia esto hoc beneficium ob bonum commune Reipublicæ secundariò concessum sit, directè tamen non conceditur nisi in bonum ipsorum debentur, & in eorum subsidium, & miseræ leuamur. Vt dicitur leg. 1. enuli. & vlt. ff. qui bonis cedere possunt. Quando autem concessio directè respicit singulas personas, & bonum commune indirectè & relatiuè, optime renuntiare iuramento potest. Secus de priuilegio clericis concessio, ne ad tribunalia secularia trahantur, quod non singulis, statui clericali directè concessum est. Atque ita iuramento hanc cessio renuntiare posse docuerunt ex communi Couartuu. lib. 2. var. resolut. cap. 1. n. 7. Menchaca. de success. creat. §. 22. num. 80. & §. 29. numer. 17. Gutier. de iurament. confirmat. 1. p. cap. 18. numer. 4. & probat manifestè dicta lex regia. §. tit. 9. lib. 9. noua collect.

Secluso iuramento ex pacto nudo, simpliciue promissione communis sententia defendit, cessio non impeditur. Sic plurius relatis Couartuu. lib. 2. var. cap. 1. num. 17. Menchaca. de success. creat. §. 22. num. 79. & §. 29. num. 17. Gutier. dicto cap. 18. num. 1. Molina. disp. 572. circa finem. Ducuntur quia qui renuntiat huic cessio renuntiat libertati à vinculis quæ per cessioem conceditur. At nemò huic libertati videtur renuntiare postea, tunc enim se perpetuo carceri obligaret, quod nullatenus permittitur. leg. Titius §. Titio ff. de condit. & demonstrat. & leg. 2. ff. de liber. non exhibend. Sed hæc ratio vt rectè inquit Molina. disp. 572. in fine non est legitima. Nam ex eo quod quis renuntiat bonorum cessio non inferitur se obligare etiam indirectè ad perpetuum carcerem, sed solum ad carcerem sustinendum, dum non satisfecerit. Cum autem industria, labore, hereditate, remissione, aut donatione tum creditoris tum alterius possit debitis satisfacere, conueniunt manifestè ex prædicta renuntiatione non se perpetuo carceri obligare.

Quapropter Molina alià ratione ducit: inquit enim cum cessio bonorum in bonum commune reipublicæ inducta sit, ne miserii debitorum cum paruo, aut nullo creditorum commodo vinculis sine adstricti, nequit hæc renuntio valida esse. Sed hæc ratio vt num. præced. probauit non conuenit: alijs probare nec adiecto iu.

ramento renuntiare posse, cum privilegia in commune bonum primo, & per se concessa nec iuramento valent renuntiare.

Quare dicendum est optimè posse huic cessionis privilegio quemlibet debitorem cedere, cum sit privilegium in ipsius commodum, & misericordie subsidium primo & per se introductum, tametsi cedat in bonum commune, sicuti cedunt omnes leges, & privilegia quæ à principe conceduntur. Atque ita defendit cum aliis Covarr. lib. 2. variar. cap. 1. num. 7. Menchaca de suc. cess. creat. §. 2. num. 20. Telin. cap. ex rescript. num. 11. de iur. iurand. & cap. si diligenti col. 2. de foro compet. Alciat. dicto cap. cum contingat, num. 69. & ibi Immola num. 31. & alij relati à Matienzo leg. 7. tit. 16. lib. 5. nova collect. gloss. 2. num. 5.

13 Illud certius existimo te non esse impeditum bonis cedere ex eo quod promiseris, imò iuraveris id verè, quia ea cessione, supposita impotentia, non est solutio contraria, sed potius solutioem fovet ea ex parte qua id fieri potest. Quæ ratio probat non solum locum esse cessionis, cum iustitiam solvere ignorans futuram impotentiam, sed etiam cum eam scires, quia esto dolum committis in eo iuramento, ideoque puniendus, non tamen dolum cessionis occasione præstans, cum ex eo iuramento non tamen obtineat solvendi impotentia. Præterquam quod illud iuramentum intelligi potest sano modo, nimirum te solutum secundum potentiam. Sic enim omnia iuramenta interpretari debent. Atque ita docet Bald. in leg. fin. num. 4. Cod. de non numerat. pecunia. Molin. d. dist. 752. in fine, & colligitur ex traditis à Covarr. 2. p. §. 5. n. 3.

Verum cum iure nostro regio leg. 7. tit. 16. lib. 5. nova collect. 14. let. itanatur debitor intra sex menses postquam est ob debitum in vinculis detentus non solvente, necneque bonis cedere iure ipso cessionem fieri & ignominiosè cum totique ferreo creditoribus tradi ut illis obsequatur, efficitur fasè huic cessionis legali nec renuntiare posse, neque vltum debitorem ab ea eximi, quia non tam in favorem debitoris quam creditorum introducta est, ut debitores scientes creditoribus ignominiosè esse tradendos, diligentiam pro debitis solvendis adhibeant. Ut optimè tradit Matien. leg. 7. gloss. 2. n. 3. & sequitur. 16. lib. 5. compil.

15 Post cessionem factam, si plures existant creditores qui privilegium prælationis habuerint sunt præferendi non solum in debitorum solutione quoad bona debitoris, sed etiam in obsequio, & famulatu, quem debitor ipse præstare tenetur iuxta ius nostrum regium. leg. 5. & 6. tit. 16. lib. 5. compil. vbi cautur creditorem cui debitor primo est traditus obsequaturus, si permittat cum incedere absque torque ferreo, patente ius prælationis eo ipso amittere, & secundo creditori tradendum esse. Solum est difficultas, An in hac parte vxor concurrat cum aliis creditoribus pro recuperanda dote, sibi que alimentis debitis præstandis præferri debeat reliquis creditoribus, obtineatque ut sibi vix tradatur obsequaturus? Negat Petr. Nuñez de Auendaño respo. 8. num. 9. & sequ. ductus, quia cum mulier sit viro subiecta iure divino naturali nequit ex lege positiva virum subiectum habere, & veluti ferum tractare.

Præterea maritus non potest conveniri ab vxore vltra quam facere possit. leg. maritum ff. soluto matrimonio. & leg. sunt qui in id ff. de re iudicata. Ergo comparatione vxoris cessione bonorum, & famulatus locum habere non potest. Sed contrarium merito docuerunt Anton. Gom. rit. 2. de contractib. cap. 11. num. 53. Ioann. Baptista de Villalobos in suo arario commun. opin. litt. D. num. 211. & Bacca tract. de inope debitore cap. 1. per totum. Marien. leg. 6. tit. 16. lib. 5. nova compilat. Gloss. 3. num. 2. & 3. Suarez de Paz. in sua præct. 1. sit 4. p. cap. 8. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 18. in fine. Molina tract. 2. de iust. disp. 572. post medium. Ratio est, quia vxor præfertur omnibus creditoribus in actione personali, & reali solvendi. leg. affiduis. Cod. qui poriores in pignore habeantur. Ergo præferenda est in hac actione. Neque obstat quod viro subiciatur in iis quæ ad matrimonium, & domesticam gubernationem pertinent quominus possit vir vel ex conventionem, vel ex lege ei subici quoad suorum operum utilitatem; maxime cum statuendum sit eas operas non debere præstari famulatu ignominioso, ac proinde existimat Matienzo, Gutier. & Molina, & virum qui bonis cessit, & vxori obsequaturus traditur non debere torque ferreum portare. Neque item obstat quod non possit vir conveniri vltra quam facere possit, quia id verum habet cum à sola vxore convenitur. Secus verò si ab aliis creditoribus conveniatur. Pro quorum conventionem, & exactionem vitanda voluntariè se vxori subicit, & tradit, vultque obligari vltra id quod facere possit. argument. leg. Nam & maritus. ff. de condit. in debiti. Ad idem est si filius ob aliquod damnum factum, vel debitum contractum à creditoribus conveniatur, & non habens vnde illis satisfaciat bonis cedit, an eo casu parenti obsequaturus tradendus sit, vel aliis creditoribus? Cui dubitationi Anton. Gom. rit. 2. de contract. cap. 15. vbi de feruitur. in calce. num. 1. rectè sequitur Gutier. de iuram. confirm. cap. 17. in fine. rectè affirmat patri esse tradendum, eo quod patri iure natura, & positivo datus est vltus fructus operis, & laboris à filio præstiti, in quo iure pater ut æquior omnibus creditoribus est præferendus.

§. VIII.

An si leges, vel dones Titio centum cum totidem ei debeas, excuseris à debiti solutione?

- 1 Plures censent te excusari, si debitum procedit ex lege, secus si ex voluntate.
- 2 Si memor debiti habuisti animum compensandi compensationem esse secus si hoc animo caruisti.
- 3 Si memor debiti sis non est censenda facta compensatio.
- 4 In debitis legalibus admittenda est compensatio.
- 5 Admittenda est, cum debitum legale est in quantitate, & legatum in specie.

Plures doctores quos referunt, & sequuntur Menoch. lib. 4. de presumpt. 2. p. presump. 109. Covarr. cap. officij de testam. n. 2. censent te excusatum esse quoties debitum procedit ex lege, quia lex obligationem inducens simul privilegium concedit ut id legatum, & donatio in compensationem debiti imputetur. iura leg. si cum dorem. Sibi pater ff. soluto matrimonio leg. bonis iudici §. cum pater ff. de legatis. 1. & alii. Secus verò affirmant si debitum ex causa voluntaria, scilicet ex conventionem, donatione, aliove pacto procedat, quia censendus est dupli debitor te voluisse satisfacere, & præcedenti obligationi secundum addidisse. leg. creditorum & 7. de legatis. 2. & leg. creditor. Cod. de legat. leg. compensandi. Cod. de heredib. institutis. Quod quidem inquit Covarr. locum habet, cum testator cogi poterat à iudice debitum solvere, & si in iudicio condemnari non poterat, sed solum iure conscientie foro spectato, tunc compensatio admittenda est Paul. Layman. lib. 2. sum. lect. 5. tract. 2. de resist. c. 11. circa fin. censet si debitum procedat ex iure Ecclesiastico ob delictum, vti sunt debita ob non assentientiam horis canonicis, vel ob officij diuini omnium recitationem non compensari legatione, & donatione elemosinarum Ecclesiæ, vel pauperibus quibus illud debitum est applicatum, concessa. Ductor præcipue quia hæc est virtutis incutio cuius fidelis faciens elemosinam; satisfaciendi per eas omnibus obligationibus, quas suis peccatis, & negligentis contraxerit.

Cæterum in hac re distinguendum est, si cum legas, vel donas memor es debiti tunc in foro conscientie tunc est voluntariè tradendum. Si enim habuisti animum compensandi debitum; legatum illud, & donatio est verbis legatum, & donatio lit. res. facta debiti est solutio, & consequenter à debito & donatione, & legato erit excusatus. At si non habuisti animum compensandi, manifestè conuinceris voluisse donare, non autem debitum solvere, cum memor debiti voluntatem illius solvendi non habueris.

Maior autem dubitatio est quando donasti, vel legasti debiti immemor, quia tunc videris debitum solvere, cum ex voluntate interpretatiua, quam censuris habere omnibus tuis debitis, & obligationibus satisfaciendi. Tum quia ad executionem præcepti, & obligationis opus non est vt ex fine exequendi præceptum opereris, sufficit namque si rem præceptam exquiras. Vt diximus 1. p. tract. 3. de legibus disp. 1. punct. 17. At donans, vel legans rem creditori debitam, reddis creditori quod suum est. Ergo debitor satisfaciens.

Nihilominus dicendum est tam in foro conscientie quam exteriori nisi manifestissime adfuit contritio animi legantis non solum in debito conventionali, & voluntario ab initio, vti est omnium ferè sententia teste Covarr. & Menoch. sup. à. Sed etiam in debito legali, & necessario admittendam non esse compensationem. Ducor hac efficaci ratione, solutio debiti que est actus iustitiæ commutatiue nequit esse opus liberale, & beneficium. Ergo nequit esse donatio & legatum quæ puram gratiam, & liberalitatem continent, & hæc ratio probat aduersus Layman. Num illi posita lege debitum est ex iustitia nequit illi donatione liberari satisfaciendi. Neque obest voluntas generalis cuiuslibet fidelis suis debitis satisfaciendi, quia ea voluntas intelligitur appositis modis aptis ad satisfaciendum, ac ad satisfaciendum debito iustitia non est medium aptum donatio, sed longe diuersum. Neque item obest ad executionem præcepti opus non esse operari est voluntate illud exequendi, sed sat esse operari rem præceptam legans, vel donans liberaliter non operatur rem præceptam, cum non operetur opus iustitiæ, sed gratiæ.

In foro autem exteriori est Faschin. lib. 5. controuers. cap. 59. & sequ. censent non solum in debito conventionali & voluntario ab initio, sed etiam in debito legali, & necessario compensationem admittendam non esse, nisi in legato, vel donatione manifestè indicetur ob causam ipsius debiti satisfaciendi; legatum fieri. Tenenda tamen est communis, & receptissima sententia in debitis legalibus compensationem admitti debere dum contrarium non colligitur, vt manifestè probat Textus in molens. præterea. Cod. vnde vir. & vxor: vbi legatum à merito vxori factum imputatur in illam partem quæ à marito vxori debetur, & leg. p. num.

eum dotem §. si pater ff. soluto matrimonio, legatum factum filie à patre imputatur in eius dotem quam à genero pater exigebat. Neque obstat textus quo dicitur. Fachin. aduersus communem sententiam, in leg. pater. ff. de collat. dotis. vbi Pompon. inquit. Si pater pro filia dotem promiserit, deinde exheredatus, vel etiam emancipatus, & presertim legatum dederit, habebit filiam etiam dotem precipuam, & legatum. Nam ibi non admittitur compensatio, quia legatum non est debitori factum sed filie, promissio vero dotis genero facta erat. Atque ita mirum non est compensatio locum non esse. Neque nem obest lex unica. §. sciendum. Cod. de rei uxori. & act. vbi dicitur non esse imputandum legatum cum dote nisi specialiter pro dote ea maritus ei dereliquerit, cum manifestissimum sit testatorem qui non hoc adiecit voluisse utrumque consequi, quia id intelligendum est de debito ex conventionem ad dotem uxori reddendam.

Sed an habeat compensatio locum habeat, cum legatum est in specie, & debitum legale in quantitate? difficultate non caret. Nam Barc. in leg. huiusmodi §. cum pater ff. de leg. 1. Couartuu. in dicto cap. officii de testament. numer. 2. negat duci tum ex leg. si pater pro filia ff. de collat. dotis & leg. 3. §. mulier. ff. de dote prelegata. tum quia vbius functionem non admittunt locus compensationi non est. Sed contrarium merito docuit Menoch. lib. 4. præsumpt. 2. par. præsumpt. 109. n. 35. & 37. Fachin. lib. 5. controu. cap. 34. Ducor quia in presenti non agitur de vera compensatione, sed de imputatione ad aquam parum refert, sit ne res computanda eius an diuersæ speciei. Neque obstat lex, si pater, quia ibi non negatur compensatio, quia est diuersæ speciei legatum à debito. Vnde enim hoc constat? Sed quia non fuit legatum factum ei cui testator debitor erat. In leg. vero 3. §. mulier, legatus fuit fundus diuersus ab eo qui in dotem erat receptus, & in super ipse fundus dotalis.

§. IX.

An si tradas debitum viro fideli censearis eo ipso ab obligatione solvendi liberatus, tamen si ipse creditori non reddiderit?

- 1 Status questionis proponitur.
2 Si debitum sit in specie ex contractu iusto deobligaris.
3 Si debitum sit in genere non videbitur alicui improbabile te excusatum esse.
4 Sed communis sententia sustinenda est.
5 Quid sit in specie debitum sit.
6 An ingressus religionis liberet à debiti solutione? Remissius respondetur.

1 Sæpe debitum creditori immediate tradi non potest vel quia abiens est, vel quia periculum est amittendi bonam famam, & opinionem si debitum est delicto, & sciat creditor quis dampnum intulit. Quapropter consulti D. Thom. communiter receptus 2. 2. quæst. 62. art. 6. ad 2. Nauar. cap. 16. num. 67. eo uentum eligendum esse virum probum, & fidelem cuius manu debitum creditori tradatur. At potest contingere quod nuntio debitum percat, vel ipse præter opinionem vlturpet, & restitutionem intermitat. Quæstio ergo est, an debitor deobligatus existat? Qua in re.

2 Communis est doctorum sententia, si debitum sit in specie ex contractu iusto, te deobligatum esse ab illius redditione ut potest qui nullam iniustam lesionem feceris, neque rem acceptam habes, ex quibus capitibus obligatio restituendi oritur. Sic Ioann. Medin. de restitut. quæst. 2. fol. 7. Syluest. verbo restitutio. 4. 3. vlt. Nauar. d. cap. 17. n. 67. Petr. Nauar. lib. 4. cap. 5. num. 12. Eman. Saa. verbo depositum n. 1. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 2. cap. 12. in fine, & colligitur ex cap. significante de pignori. vbi Panor. mit. Quodcumque vero sit debitum etiam in genere, vti est pecunia, triticum, oleum, vel indeterminatæ oues, boues, &c. & tradas creditoris famulo, alterive illius domestico liber à restitutione eris, tamen si ad manus creditorum non perueniat, quia censuris domino restituisse, gerit enim domesticus illius personam docuit Ioann. Medin. d. q. 2. Syluest. 4. 9. vlt. Nauar. n. 4. Si autem res tradenda, sit pretiosa credo non cuiusque famulo, & domestico sed de quo constitit à domino speciali non habere mandatum tradi debere, neque enim huius mandati leuibus signis fides est adhibenda. Vt rectè aduertit Eman. Saa. verbo depositum. n. 7. Sunt enim in hac materia fraudes frequentissimæ.

3 Quod si debitum sit in genere siue ex contractu, siue ex delicto, & viro aliis fideli, & timorato tradas, cum per te ipsum tradere creditori non possis non detur cui probabile videatur te liberum à restitutione fore, esto in manu intermuntij percat. Quia ille modus restituendi videtur necessario à creditore approbandus, cum nullus alius suppetat, quem debitor teneatur exequi ob absentiam, vel ob suæ familiæ periculum. Si enim creditor interrogaretur, an sibi magis gratum sit carere debito, vel tali periculo leui committi, absque dubio responderet hoc secundum sibi gratum fore; ergo ex præsumpta voluntate creditoris est restituti-

o facta, ac proinde extincta obligatio, sicuti extinguitur ex traditione facta famulo creditoris, vel alteri mandatum habenti.

Deinde hic modus restituendi saltem per Confessarium est frequens, vti que receptus videntibus, & consentientibus. Ergo censetur illum approbare. Præterea si debitor scirent ab obligatione restituendi non liberari debito confessario tradito, à restitutione faciendâ in debitis ex delictis ferè omnes excusarentur, vtpotè impotentes restitutionem securam, & certam facere cui obligati sunt. Deinde hic modus restituendi moraliter certus est & securus & creditoribus utilis. Ergo illo debitores videntes satis suæ conscientie, & creditoris utilitati consulunt. Ergo illo præstito censendi sunt omnino deobligati.

Fateor in hanc sententiam animum propendere, sed quia communiter doctores Ioann. Medin. & Sylu. supra Nauar. cap. 17. n. 67. Petr. Nauar. lib. 4. cap. 5. num. 10. l. eff. lib. 2. cap. 16. numer. 65. Petr. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 2. cap. 12. in fine. contrarium alitrum asserendum est debitorem non obligari à restitutione faciendâ, si Parochus, vel Confessarius cui debitum est traditum restitutionem non fecerit, quia creditor hunc modum restituendi non videtur absolute approbare, sed sub onere, & obligatione, vti si debitum sibi non fuerit traditum teneatur debitor eadem obligatione ac antea. Quod indicauit Innoc. in cap. si generanti de pignori. vbi remittens debitum per interpositam personam perdidit agentem non deobligatur à restitutione præstandâ.

Temperat autem Petr. Nauar. hanc sententiam, ne procedat cum res in specie debita est, quia eo casu perit creditori, cum absque culpa debitoris contingat ex sola malitia, vel negligentia Confessarij. Sed rectius docuit oppositum Paul. Laym. loco citato. Nam esto immediate debitum perit ex culpa, vel negligentia Confessarij at mediatè, & remotè ex debitoris culpa in iniqua acceptione commissa perit. Non enim periret, si sublata non esset. Aliis si de manu debitoris casu, vel malitiâ periret, non peritura apud dominum excusaretur debitor ab obligatione restituendi quod nullus concedit, quia esto culpa debitori non percat immediate satis est quod eius occasione percat.

Supererat dicendum quo pacto ingressus Religionis debitorem excuset à debitis soluendis. Sed hanc questionem pro viribus decidi. tract. 16. de statu religioso disp. 1. punct. 7.

§. X.

An, quando debitor excusatur à restitutione faciendâ, teneatur damnum eueniens & lucrum cessans compensare?

- 1 Affirmant aliqui.
2 Sed oppositum est verius.

1 Debere affirmat Mol. disputat. 7. §. 4. numer. 3. quem sequitur Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 2. cap. 16. numer. 2. Ducuntur quia rationi dissonum est velle debitorem in suum commodum solutionem differre non suscipiendo onus ex dilatione creditori contingens, maxime cum creditori præsumi non possit aliter dilationem consentire.

2 Sed oppositum verius censeo cum Petro Nauarra. lib. 4. de restitut. cap. 4. numer. 46. ex parte Lessio. lib. 2. cap. 16. numer. 33. Quod vt distinctè probem distinguenda sunt debita ex contractu, & debita ex delicto: & in vtroque debito verum reputo debitorem excusatum à debiti solutione non esse obligatum dampnum emergens, aut lucrum cessans interim creditori obuentione relaxare. Nam si debitor es ex contractu, & legitime à solutione excusaris, non est vade tibi hæc obligatio imponenda sit, quod enim inquit Mol. & Layman, ex tacito contractu quo te obligas debiti solutionem differens in tuum commodum iacturam creditoris relaxare, nullo fundamento nititur. Neque enim iure naturali, nec positivo is contractus dilationi solutionis necessarîe annexus est; nam ius naturale solum obligat debitorem dampna creditori obuentione ex omni solutione culpabili reparare, non autem ea quæ obuentione ex omissione solutionis inculpabili, si in pactum non fuerint deducta; alias mutuatarius soluere obligabitur lucrum mutuantii cessans, vel dampnum emergens, eo tempore quo ex consensu creditoris munum retinet; tamen si non fuerit in pactum deductum, quod Doctores communiter reproband, quia illud dampnum emergens, aut lucrum cessans per accidens est, nec debitori imputandum; cum illius non sit causa, nec reparandi obligationem susceperit. Quod igitur voluntas creditoris præstat, id ipsum præstat necessitas, quæ etiam iniusto creditore debitum retinere concedit. Si vero sis debitor ex delicto, & à solutione faciendâ excuseris, etiam videris excusatus à satisfactione dampni eo tempore creditori contingenti, quia non, est in mora soluendi, & consequenter nec causa iniusta illius dampni.

Quod si dicas satis videri esse causam media acceptione iniqua, & retentione saltem materialiter iniusta; si enim inique rem non accepisses dampna illa creditori non prouenerint. Ergo ex acceptione

tionem iniusta proueniunt. Ergo tibi tanquam causa culpabili imputanda sunt. Sicuti si venenum alicui propinques, mors illi postmodum eueniens tibi imputatur, tamen veneno propinato pœniteret, & curares eius efficaciam impedire. Respondeo negando damnum emergens, vel lucrum cessans quod creditor postmodum contingit prouenire ex iniusta acceptatione; non enim ex ea prouenit sicuti prouenit mors ex propinatione veneni, sed prouenit ex retentione, quod manifeste constat: nam si restitutionem faceres, occurreres illi damno emergenti, & lucri cessationi, tamen iniuriam rem abstulisses. Damna autem quæ ex ea retentione iusta, & licita proueniunt, non tibi debent imputari, quia nones illorum causa moralis, iniusta quod necessario requiritur. Vnde si aliquid damnum creditor proueniret formaliter ex acceptatione iniusta, illud sane concludit obiectio restituendum esse: ac plerumque non ex acceptatione, sed ex retentione prouenit, ideoque obligatio cessat.

§. XI.

Utum debitor teneatur legatum, fideicommissum, vel hereditatem sibi delatam acceptare, ut creditoribus satisfaciat. Itemque laborare, maniaque aliqua exercere quibus comparare possit bona sufficientia creditoribus satisfaciendis, vel potius hæc omnia valide, & licite repudiare valeat?

- 1 Valida est legati vel hereditatis repudiatio in fraudem creditorum.
- 2 Licite, & valide suscipitur hereditatem sic repudiatam.
- 3 Probat in foro conscientia licitam esse hanc repudiationem.
- 4 Oppositum tenendum est.
- 5 Satisfit rationibus contrariis n. 3. adductis.
- 6 Obligatus est debitor laborare iuxta sua conditionis qualitates, si inde satisfacere creditoribus sperat.

Contingit sæpe debitore non acceptante hereditatem vel legatum ad eius filios, vel consanguineos transmitti. Queritur ergo an valide, & licite in creditorum fraudem omittat acceptationem? In qua questione communiter receptum est repudiationem dictæ hereditatis, vel legati validam esse, neque à creditoribus rescindendam. Nam hæc acceptationis omisso, vel hereditatis repudiatio non est alienatio, seu donatio, sed est rei aliena non acquisitio. At sola alienata, vel donata in fraudem creditorum reuocabilia sunt, non verò non acquisita. Ut constat ex leg. qui autem ff. que in fraudem creditor. & reg. non fraudantur. ff. de Reg. iuris. Ergo hæc hereditatis repudiatio reuocabilis non est, ac proinde in vtroque foro valida persistit. Item ea tantum rescinduntur in fraudem creditorum quibus patrimonium debitoris diminuitur, ut in dictis legibus decium est. At repudiatione hereditatis, vel legati, cum non sit in bonis debitoris absolutè, sed dependenter ab ipsius acceptatione, leg. i. vers. verum autem ff. si quid in fraudem patrum, non diminuit debitoris patrimonium, sed solum impedit ne augeatur, ergo non rescinditur. Ergo valet. Atque ita docent alii relatis Fello leg. 4. Tauri. num. 54. & segg. Auendam ibi, Gloss. 7. n. 5. Anton. Gomez. leg. 53. Tauri. n. 76. Sanch. lib. 3. de matr. disp. 4. n. 8. Lessius, lib. 2. de iustit. cap. 18. dub. 12. n. 89.

Posita autem firmitate huius repudiationis substitutus licite hereditatem, vel legatum capit, ut potè qui non capit à repudiante, sed caput ab instituitore, ad cuius effectum repudiatio fuit conditio, seu impedimenti remotio, quo remoto succedit substitutus iure proprio. Sicuti tradit Couarruu. 4. decretal. 2. p. cap. 7. §. 1. n. 12. Sanch. d. disp. 4. n. 9.

Sed an hæc repudiatio licite à debitore præstetur in fraudem creditorum? non est ita certum, expressè id affirmat Anton. Gomez. 2. var. cap. 4. num. 24. vers. quinto infero. & leg. 53. Tauri. num. 64. vers. quintus est, & indicant Couarruu. s. decret. 2. p. cap. 7. §. 1. num. 12. Tello Ferrand. leg. 4. Tauri. n. 57. Gutier. de pact. in princ. n. 20. & 24. Azuendo. in lib. 5. recop. tit. 3. leg. 1. num. 5. & leg. 9. tit. 9. per totam. & communiter Doctores in leg. qui autem ff. que in fraudem creditor. asserentes absolutè posse in fraudem creditorum hereditatem, & legatum repudiari. Et probari potest, quia si id illicitum esset, & contra iustitiam obligatus esset iudex quem creditores adirent compellere debitorem ut hereditatem acceptaret, quia iudici competit impedire ne fiat iniustitia, neque debita insoluta sint. Quinimo facta repudiatione debebas illam infirmare ut potè iniuste, & iniurè factam, sicuti infirmat alienationem, & donationem proprii patrimonij quæ sit: At hæc nullatenus vera sunt. Ergo signum est licite posse in fraudem creditorum hereditatem, vel legatum repudiare. Secundò obligatio soluendi debita astringit debitorem quoad sua bona; neque enim ut inquit D. Thom. 2. 2. q. ult. ar. 6. ad 3. persona alligata est pro re alieno

soluendo, sed eius bona. Ergo dum non habet bona ab obligatione soluendi excusatur. Tertio cedens bonis non videtur obligatus artem, mechanicam exercere, ut debitis satisfaciat. Et idem est de religioso professo. Ut tradit Paludan. in 4. d. 38. q. 1. ar. 2. numer. 15. Angel. verbo Religiosus, numer. 7. quia ex vi debiti non actatur ad querenda bona, sed ad ea que habet concedenda. Quattò mulier nupta cedere potest lucris in matrimonio acquirendis, ne debitis soluendis astringatur. Ut habetur leg. 60. Tauri. hodie leg. 9. tit. 9. lib. 5. compilat. Ergo cessio licita est in creditorum fraudem.

Ceterum longe verius existimo, & omnino tenendum peccatum debitorem mortaliter, & contra iustitiam, si in fraudem creditorum legatum, vel hereditatem repudiet. Sicuti docuit expressè Petr. Nauarra. lib. 5. de restit. cap. 1. n. 112. Molina. ar. 1. disp. 43. ad finem. Sanch. lib. 6. de matr. disp. 4. num. 9. Lessius, lib. 2. cap. 18. dub. 12. n. 89. Et probari potest, quia debitor astringitur alicui soluendo obligatus est mediis bonis habitis & habendis satisfacere, quia hæc est mens omnium contrahentium huic obligationi satisfacere debitor nequit nisi acceptando legatum, aut hereditatem sibi proueniens, ergo tenetur acceptare. Secundò: nemo potest negare filium mortaliter peccatum, si patribus graui necessitate pressis non succurret cum facit peccat acceptans hereditatem vel legatum. Ergo etiam peccat non satisfaciens creditoribus ea via, cum strictiori vinculo videtur astringitur ad satisfaciendum creditoribus, quam ad subueniendum parentibus sola necessitate graui oppressis. Tertio communis est Doctorum sententia. Ut vidimus tract. 16. de religio. statu. disp. 1. pun. 7. §. 4. non posse quemuis Religionem ingredi, si sperat in seculo breui tempore debitis satisfaciendum. Si autem debitor obligatus non esset deuo acquireret, ea noui lucii acquisitio impedire non posset religionis ingressum.

Neque argumenta in contrarium obstant. Ad primumpates actiones ob vitandas lites permittuntur tamen iniuste sunt. Ut cum est dolus in contractibus commissus vitia dimidium iusti petij, vel metus illatus qui in virum constantem non cederet. Sic in presenti contingit iudicio repudiatio hereditatis iniusta sit & iniuriam, permittitur ad eisdem bonis nec rescinditur. Secundum ex probatione nostra sententia dissoluitur est. Ad tertium negant plures cedentem solemniter bonis non esse obligatum laborare, & acceptare hereditatem sibi post modum obuenientem. Ut constat ex his quæ adducit Sanch. d. lib. 6. de matr. disp. 4. num. 10. Sed gratis admisso, respondeo id ex iuris privilegio cessionibonorum esse concessum, ioco enim satisfaciens infamia cedentis, & obligatio creditoribus seruendū habetur. Quartum: ea cessio bonorum non est in creditorum præiudicium, cum mulier ex solis bonis quæ sit in matrimonio debita à marito contracta obligetur soluere, quibus debitis eodem modo fit satis, siue cedat, siue non cedat, cum omnia illa lucra marito relinquuntur ad satisfaciendum. Secus est in repudiatione hereditatis, vel legati, cum substitutus non teneatur ex ea hereditate creditoribus repudiatis satisfacere.

Hinc inferitur debitorem potentem creditoribus satisfacere artem, & officium suæ conditioni congruens exercere obligatum esse illud exercere, quia obligatus est media apponere per se apta debito satisfaciendo. Ut docuit Medina Cod. de restit. 3. casu. 8. Gerson. 2. p. alphab. 39. lit. T. Nauarra. cap. non dicatis. 12. q. 1. num. 3. aliis cap. cui portio. 12. q. 1. num. 8. Anglis Florib. 2. p. 9. de restit. quod quis à restitutione liber sit. ar. 2. dub. 6. difficult. 12. Petr. Nauarra. lib. 4. de restit. capite 4. numer. 39. Sanch. eos referens d. disp. 4. numer. 9. Quod verò religiosus debitis obstrictus, & indebitè professionem faciens non teneatur in religione laborare, ut patribus comprobauit loco citato, id prouenit quia iam non est creditorum, sed religionis, ipseque laborare debet, tamen Medina, & Anglis doceant laborare debere.

P V N C T U M. XVIII.

De executione contractus, & de iure illius solutione.

Contractum executioni mandas si quod in eo promissum est copere comples. Plura autem huic complementum requiruntur, nimirum ut solutio sit illius quod debuit esse. Secundò, ut sit eo tempore, loco, & expensis quibus debetur. Tertio iis creditoribus qui ius haberent non aliis: At quia contingit debitores negligentes esse explicandum est quomodo à creditoribus cogi possunt. Sed cum plerumque coactio hæc coactione indebitum soluere, explicandum qualiter poterunt petere.

**

*